Eiuſdem Cordis marini, ſed maioris valvæ ſeparatæ facies interna, ut eius articulatio cum veſtigiis adhæſionis animalis appareat.

Cordioidæa marina. Ablange Meer-Hertze.
Sunt Conchæ marinæ præcedentibus aliquo modo ſimiles, excepto, quod ſint oblongæ, non ità umbonatæ, nec roſtris ità incurvatis, et minime ſeſe attingentibus: in uno latere commiſſura valvarum extima eminens eſt, et ſpinam efformat; ex altero verò latere quaſi plana eſt, cordisq; figuram exprimit. De reliquo lævigatæ, et pellucidæ ſunt, maculis aureis, et ſanguineis variegatæ, in parte eminentiore, in planiore autem lineolis viridibus et rubris exornatæ: habentur è litore Braſiliano. vide Hiſt. Lap. fig. pag. 141. icon. 41. Concha bivalvis Bon. 158.

Gebäuchte Meer-Hertze.

Cordiaſtra marina.
Sunt Conchæ marinæ præcedentibus aliquo modo ſimiles, excepto, quod ex utroq; latere valvarum inſigniter ventricoſæ ſint, roſtris craſſioribus, ſed non ità incurvatis ut in prima ſpecie, nec non ſeſe attingentibus ſine ullâ ſpinâ, et inſuper notabiliter tranſverſim rugoſæ exiſtunt.

Cordiaſtrum marinum rugoſum colore lapidem imitans Braſiliano generata. Lingua Rumph.

maius inſigniter Tiburtinum late. Concha in litore ge- Bon. 314. Tigerina t. 42. l. G.

Idem minus terrei coloris, Nux maris dictum Bon. 38.